sicut sapiencie studium. in qua sapiencia videmus celum pulchre formatum signorum varietate. stellarum fulgore rutilare. Videmus quoque pelagus purpure o colore venustum. germina terram amplecti. cuius pelagi multiformes pisces per equoreas undas saltus exercent. Camporum eciam virentium speciem delectamur. ex quibus odor gratissimus flores suavitatis exalans. oculos simul pascit et animum. Nemorum quoque ad est opacitas. et fon[illegible] cum arridet amenitas. Assunt concinentes dulcissimos melos. Hec inquit sunt nature spectacula. que et imitari deficile est. et refutare culpabile. Sed nunquid hec omnia naturas docet sapiencia prebet. Revera sic. Quia omnium naturas docet. Unde Seneca de Naturalibus questionibus libro 4° dicit sapientem debere naturalium inquisicioni vacare. Dulce inquit spectaculum est singula scrutari. Sed revera pretermisso sapiencie studio. plures in suis occupacionibus agitantur. et querunt extra studium campum. extra nemora sapiencie feras. Itaque enim malunt rerum corruptibilium usum. quam noticiam perpetuo duraturam. Unde Fulgencius libro 2° Mirtologiarum narrat. Quod cum Diogenes dolore gravi torqueretur. et vidisset

si vero in iniuriam aut facta prius non fecit. Ergo nondum quod plures [illegible] theologie in pluribus voluminibus multe et varie inveniuntur in libraryis et in finibus librarum decretalium 6° et in ff libro 7° [illegible] rubrica. Et [illegible] ff se fundat per totum corpus iuris quod [illegible] sunt applicari et conscribi in utilitatem pauperum studencium qui ad venalia maiora si comparare nequeunt ad quod exequendum diligenter quilibet diligens salutem proximi operam opponet conscribendo et longa in breviam puncta redigendo et elucidando ut eternam vitam habeat in premiando. Iuxta id Eccl. 2° Qui elucidant me vitam eternam habebunt quam vitam nobis concedat ille qui est vera vita ut dicitur in evangelio Iohannis dominus noster Ihesus Christus eternaliter benedictus amen.

Et sic est finis 1ae regularum factus ipso die epiphanie domini per baccalarium reverendum de Geseke cognomine plaggemeri hora septima ante prandium

Gracie qualis sit effectus et utilitas

Gracia enim confert venustatem floridam. Sicut enim arbor que fuit prius arida cum radice accepit virtutem producit flores et flores frondes. et ex hoc pulchra efficitur et ornata. ita ut avicule dulciter canentes in ea resideant. Modo consimili homo in peccato mortali est velut arbor arida non habens humorem gracie. Radix vero gracie huius arboris est Christus in quo radicamur et manemus sicut arbor in radice. Quemadmodum ipse dicit Iohannis. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescet. Ab radice arbor accipit virtutem. cum homo peccator primam graciam accipit a Christo. Sicut dicitur Eccl. 32° Ornamentum gracie accipies. Nota quod dicit accipies quia primam graciam non potest inquisicioni vacare. Dulce inquit spectaculum est singula scrutari. Sed revera pretermisso sapiencie studio. plures in suis occupacionibus agitantur. et querunt extra studium campum. extra nemora sapiencie feras. Itaque enim malunt rerum corruptibilium usum. quam noticiam perpetuo duraturam. Unde Fulgencius libro 2° Mirtologiarum narrat. Quod cum Diogenes dolore gravi torqueretur. et vidisset #